



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 1. Relatio, quam de modo suæ orationis ad P. Generalem Societatis misit

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

più Religiosos; & magis adhuc eos, quibus animarum cura incumbit, quas per viam Orationis, & familiaritatis cum Deo Domino nostro deducunt, modò proprium, & ipsorum, quibuscum agunt, profectum querant. Tempus quoque pendendum est, quod ad eam gratiam obtinendam impendit; & in memoriam reuocandæ diligentæ, & conatus ab ipso exhibiti, ut voti sui compos euaderet, quæ retulimus capite secundo: ut his omnibus simul benè perpensis, si perceptus fructus arridebit, non negligamus animum ad similem labore applicare.

*Relatio, quam de modo sue orationis ad P. Generalem Societatis misit.*

6. I.

**S**EX DECIM annis laborem subini instar aratis, & fructum non colligentis. Habebam tunc pusillū & angustū cor cum ingenti dolore, eō quod aduerterem, deesse mihi dotes, & talenta, ob quæ videbam alios amari, & magni fieri; valdeque turbabar, & affligebar ob varias causas, ac desiderium vacandi orationi, non constituens nec inueniens quietem in rebus, in quibus oportuisset illam habere. Quam tentationē superauī, statuens apud me, non plus orationi impēdere, quam Sancta Obedientia præscriberet: deposita ac reiecta inquietudine illa, inaniq; appetitu euadēdi in hoc excellens; & singulares fauores accipiēdi sicut alij, qui plus quam ego merebātur. Eodem tempore etiā aduertebam, defectus meos potius mihi esse graues, quam me humiliare: & videbātur mihi esse impedimento.

I 4

mento

mento ad consilia, quæ Deus moliebatur, & a  
hac cordis mei angustia affligeant me aliorum  
defectus, quorum curam gerebam: & existima-  
bam, bonam gubernationem hoc exigere, ut in  
cum illis agerem, vt semper cum animi moeror  
omnia agerent, donec se emendant.

ELAPSIS quatuordecim annis, eo vsque de-  
ueni, vt in Dei conspectu me collocarem, vbi in-  
star pauperis alicuius Eleemosynam acciperem  
sed quoniam me ipsum valde respiciebam, toto  
hoc tempore valde fui desolatus, iudicans, men-  
peruenturum ad perfectionem: & quia Deus no-  
se mihi ita fauentem dulcemque ostendebat atq;  
alijs: agnoui stultiā meam: qui cùm malè à Deo  
recessisse; peius ad eundem redire vellem. Con-  
uersus itaque ad me ipsum, per multos dies ero-  
bescbam in conspectu Domini, nec poteram pra-  
pudore, verbum aliquod proferre, nisi vt me pu-  
niret, ignosceret, & remedium adferret: donec vo-  
catus fui & admissus ad eminentius aliud exerci-  
tium: & hac arte alij etiam sunt adjuti.

ELAPSIS iam sexdecim annis ex tempore ad-  
uerti cor meum mutatum, ac dilatatum, à creatu-  
ris expeditum, & cum stupore quodam ei simili,  
quo beati affecti dicent in extremo Iudicio: quan-  
do te vidimus, Domine, omne bonum vidimus, &  
satiati sumus! hic itaque multa simul accepi. In  
*Iere. 15.19.* primis veram opinionē, & appretiationem a pre-  
ciosi scientiamq; illud à vili separandi: Hic inueni  
media satis apta, nec difficultia ad cælū peruenien-  
di; & me ipsum in Congregatione quadam ad  
beatitudinem destinata conspexi. Hic nouā acce-  
pi notitiam, & intelligentiam veritatum, quibus  
anti-



anima iucundè alebatur: cuius finis erat quies & tranquillitas, ita ut penetrarem ad pectus usque ipsius Dei, ex quo veritates illæ fluebant. Cessauit autem hoc per breve aliquod tempus: redibat tamen interdum; & nunc frequentius Deus sit laus.

HIC etiam subsidium accepi ad viuendum in cruce, in labore, & probatione, quamdiu voluerit Deus. Sensim etiam timorem deposui ex cordis mei angustijs & pusillanimitate conceptum erga eos, qui præstantiori essent intelligentia & sanctitate prædicti: coram quibus non audebam alijs comparere, iudicans me inter eos nec hominem esse, nec Intellectum aut Eruditionem aliquam habere; nec posse viuere, nisi positum in medio aliquius Viri sancti ad unam partem & alterius rerum gerendarum periti ad alteram, ob meos in utroque genere defectus; nunc autem licet omnes magni faciam, eisq; opus habeam: video mihi non ita eorum opera indigere, ut prius; sed melius mihi & commodius esse cum Deo solo viuere, in quo omnia habeo.

HIC mihi intelligentia data est facultatis spiritus interioris pro me & aliis, iuxta illud Psalmographi: b Quoniam respexit humiliatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Et ex tunc experiri coepi vitam quandam interiorum a Deo mihi donatam: ut ab ipso dirigerer etiam in rebus minutioribus. Ea quæ prius valde me sollicitum reddebant & opprimebant: nunc foeli cius expedita video, quam si dies noctesque de eis disponendis & expediendis cogitassem: ipsaque experientia didici illud S. Petri: c Omnem sollici- I 5 tudi-

b Psal. 30. 8.

c 1. Pet. 3. 7.



tudinem vestram proijcientes in eum : quoniam in  
est cura de vobis. Et expertus, quād difficile ad ita-  
tionem meam redeam, cūm non feci quod debebit  
hic mihi magnus fuit stimulus, & simul cautela  
præsidū in agendo cum proximis, ad ita præsta-  
dum, quod debebam; vt nec me ipsum effuderet  
nec peccarem.

Hic solatium accepi & leuamen in gubernatione : ne cura hæc traheret me totum post se: et  
enim liberæ & expeditæ cuiusdam voluntatis opus, inter multas & graues curas, absq; vlla con-  
versari. Hic mihi datum fuit seriò ingredi in me  
ipsum; & simul infixa mihi quasi ordinaria qua-  
dam corporalis Christi Domini nostri compo-  
sitio. Hic anxietates meæ & tentationes eu-  
nuerunt habendi plus temporis ad incumben-  
dum orationi: & expertus sum, D B V M plus  
dare verè mortificato. in vna orationis hora  
quād non mortificato in multis: & plus miti-  
dari per viam occupationum à D B O præscri-  
ptam: quād in otio & lectione Sanctorum,  
quam absq; tali obedientia ego ipse quærebam.  
Ex tunc ipsi defectus non ita me terrent, aut gra-  
uant; sed quodammodo me recreant: quia me hu-  
miliant: dū quod in me est, mihi manifestant, defi-  
ciunt, & efficiunt, vt parū mihi ipsi fidens, ad Dei  
ipsum transeam. Et ita illos quasi fenestras qua-  
dam animæ concipio, per quas Dei lux ingressa  
efficit, vt aduertam: defectus non volitos nec  
spontē & scienter admissos non impedire confi-  
lia Dei: quare non pluris illos facio, quād suffi-  
ciat, vt coram ipso Deo de eis erubescam; & intel-  
ligam, opus esse nosipos deferere. alieni etiam  
defe-

defectus excitant in me compassionem, vt ad-  
uertam impatientiae meæ fuisse, quod moestos il-  
los, ac moerentes efficere studerem: & potius  
opus esse illos tolerare: non tam illos, quam i-  
psum D E V M intuendo. & tunc sequetur, vt  
D E V S subditos nostros reddat nobis prom-  
ptos, iuxta illud: d qui subdit populum meum d Psal. 143. 2  
sub me &c.

Ex Q V O Dominus D E V S noster hanc mihi *Modus ora-*  
exhibuit misericordiam: oratio mea est, col-*tionis eius.*  
locare me in eius præsentia, internè mihi & ex-  
ternè oblata, idque permanenter per modum  
habitus, cum eo exultanti. Consulatur Sant-  
lus Thomas 2. 2. q. 24. art. 9. ad. 3. vbi ait, Tyro-  
num siue Incipientium, Proficientium, & Per-  
fectorum, omnium quidem studium esse, ad  
hoc principaliter intendere, vt D E O inhæ-  
reant; sed cum hoc discrimine: Quod Per-  
fecti etiam si in charitate proficiant; non tan-  
men hæc est principalis eorum cura; sed eor-  
um studium circa hoc maximè versatur, vt Deo  
inhæreant, eoque fruantur: & licet idem et-  
iam Incipientes, & Proficientes querant: ma-  
gis tamen sentiunt circa alia suam sollicitudinem:  
Incipientes quidem, de vitandis peccatis; Pro-  
ficientes verò de profectu virtutum: & in ipso  
corporе Articuli ponit exemplum motus cor-  
poralis, in quo primùm receditur à termino,  
deinde appropinquatur ad aliū terminum,  
in quo tandem est quies. Idem etiam Sant-  
lus in Opusculo sexagesimo tertio de bea-  
titudine, ad finem tertij principalis argumenti  
agens de modo & ratione, qua Beati fruuntur  
Deo,

Deo Domino nostro in gloria, ait; similiter in ha-  
vita esse continuò fruendum Deo, cùm sit pro-  
prium nostrum bonum, & quidem dignissimum  
quo fruamur per eius gratiam & dona: in qu-  
ibus & in reliquis nostris actionibus idem no-  
**Isa. 9.6.** bis meritò est quærendum, cùm dicat Isaias: ei-  
lum Dei datum esse nobis, vt eo fruamur etiam  
hac vita. Ex quo appetit insignis cæcitas & im-  
pientia eorum, qui anxiè Deum quærunt & suspi-  
rant, vt inueniant; & in ipsa oratione clamant,  
eos audiat: nec aduertunt, se esse templa viua, in-  
xta Apostolum, in quibus summum hoc bonum  
verè habitat; & maiestas ipsa diuina requiescit:  
tamen nunquam attendunt, vt præsente ipso De-  
mino fruantur. Annon stultus est, qui extra domi-  
suam quærit, quod habet in ea? & quis vñqua-  
vidit aliquem eo cibo ali, quem quærit aut illi  
occurrit, quem tamen nec gustauit, nec comedit  
aut instrumento vti, quod non inuenit? talis igitur  
est vita Deum semper quærantis, nec eo fruenteris  
cuius propterea opera sunt minus perfecta. Iden-  
quoque Sanctus 2. q. 183. a. 2. ad. 1. ait: licet libe-  
ter pro Deo pati indicium sit amoris eius: certius  
tamen est indicium, si omnibus rebus ad hanc ve-  
ram spectantibus relictis, cum eodem Deo in ora-  
tione gaudeat ac delectetur. Ex quo facile constat  
Dei fruitionem fructum esse communem Beato-  
rum, qui sunt in cœlo; & Iustorum, qui adhuc in  
terra versantur.

INTER DVM etiam in Oratione ratiocinorū se-  
cundum intellectum mihi datum, circa verba di-  
vinæ Scripturæ, & secundū internas iustificationes  
interdum taceo, & requiesco: quod silentiū, & re-  
quietiū.



quies in eius præsentia ingens est thesaurus: Do-  
mino enim omnes res loquuntur, suntque in eius  
oculis apertæ: cor meum, vota mea, finis meus,  
conatus meus, mea viscera, scientia mea, vis & fa-  
cultaſ mea: talesque sunt diuinæ eius Maiestatis  
oculi, ut vel ipso aspectu defectus meos remoue-  
re, desideria accendere, alasque mihi ad volan-  
dum, dare possint: cum ipſe bonum meum, & ob-  
sequium suum magis cupiat, quam ego ipſe. Ex  
quo anima deducit: quod cum ipſe fit viæ dux,  
penetretque per itineris angustias: debeat & ipsa  
per easdem transire: idem enim ipſe præcessit, vt  
cum quiete & pace ipsum sequatur, conquiescen-  
do in prædicta fidei veritate: hoc reputans sola-  
tium, quod si non obtineat quod cupit, & querit:  
obtinet aliquid maius, conformitatem scilicet  
suæ voluntatis cum diuina, in qua exequenda vi-  
tam suam cōfistere reputat; nolens plus scire, quā  
ipſe dare voluerit; nec celerius, nec alijs vijs,  
quam ipſe præscribere voluerit, iuxta illud libel-  
li Contemptus mundi, si edo peruerteris, vt non  
te ipsum quereras, sed me: tunc mihi multum place-  
bis, & viues in magno gaudio: debilitati autem  
cordis səpiùs gementis propter onus responde-  
bit: nunquid desinet esse melius in te, quod Deus Christi.  
iam fecit? aut quod tibi non videatur bonum de-  
sinet ipſe facere suam voluntarem? Et hoc nunc  
est, in quo magis hæreo: estque mihi so-  
latium, quod videam me coram Dei  
oculis pari, ac tractari, sic-  
ut ipſe vult.  
(\*\*\*)

§. II. Qvo-

*Est libellus  
Thomæ de  
Kempis, de  
imitatione  
Christi.*